



ad possessorem, cap. Ex literis, de pignor. jus domini prævalet. Et consil. ex regula, qui prior est tempore, potior est in jure, de reg. juris in 6. Nec obligatio superveniens cum prioris detrimento induci potest. Et ideo sic tenent Goffred. sum. tit. De conjug. serv. num. 2. Innoc. cap. 1. nu. un. de conjug. serv. Et ibi Host. num. 10. Super verb. Exhiberi, Lex reg. 2. tom. 5. part. 4. Temperant omnes hi, nisi periculum fornicationis immineret uxori, non reddito statim ibi debito. Præponderaret enim hæc ratio, ut postponeretur ei eventu dominus, nisi (ut ait Host. n. 11.) mortis expolitus esset dominus periculo, superveniente inimico.

13. II. Sent. docet ad ferendum iudicium, utri potius satisfaciendum sit, speciales circumstantias occurrentes attendendas esse, nimirum periculum incontinentiæ, aut dampnum petenti conjugi ex diastione imminens, & detrimentum domino secundum ex mora præstanti obsequii, si prius servus conjugi reddat: & illius causam anteponendam esse, qui majori necessitate urgeatur, cuique mora gravior dampnum inferret; quod secundum naturalem æquitatem, urgentioris necessitatis habenda sit ratio: nec servus teneatur domino, aut conjugi, nisi quando iuste & secundum rationis limites exigunt. Quos prætergerediter volens libi satisfieri, postposita alterius graviori indigentia. At ex natura rei, & ubi cetera essent paria, attendendum esse, an matrimonium ex domini consensu, an potius ipso initio, contradicente ipso initium sit, ut in priori casu conjux petens sit præferendus. Quia dominus matrimonium concedens cessit iure suo, ac subinde omnia, quæ ipsum petit, concessisse videtur. Concessio enim principali, concessum quoque videtur accessorium, cap. Prudentiam, de officio deleg. In posteriori autem dominus anteposuit sit, quod ejus jus in servum antequam sit, ut nam. præc. probavimus. Ita sententiæ D. Thom. 4. dist. 36. qu. un. art. 2. ad 3. ubi D. Bonavent. art. 1. quest. 1. ad ult. Durand. quest. 2. nu. 4. Supplementum Gabriel. qu. 1. art. 3. dub. 3. coroll. 1. Et n. Ant. c. num. 10. de conjug. serv. ubi Abbas num. 6. Alexander de Nevo num. 10. Majoris 4. dist. 39. quest. 1. ad finem, vers. Ad secundam partem dubii. Joan. de Friburgo in summa confessorum l. 4. tit. 4. quest. 10. Alesius sum. 2. part. lib. 8. to. 15. art. 2. quest. 3. Supplementum sum. Pisanæ, verb. Servus 3. n. 2. Tabiena verb. Impedimentum, impediment. 1. quest. 7. num. 8. Armill. verb. Matrimonium num. 6. Turrec. cap. 2. num. un. 29. quest. 2. in solutione ad 3. Montaleus l. 2. statim in princ. tit. 5. part. 4. Et ibi Greg. Lop. verb. De su. lenior, juncto verb. Eneviga, Sor. A. dist. 35. quest. un. art. 1. ad 2. Ledesma 2. part. 4. quest. 54. art. 4. col. 2. §. Circa materiam tertii, Palacios 4. d. 30. disp. un. col. 10. dub. 6. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 52. art. 2. ad fin. Emma. Sa sum. verb. Matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus num. 1. vers. Dominus consentiens, Bart. a Ledesma de matrim. dub. 31. coroll. 4. Lud. Lop. 2. part. instrument. de matrim. cap. 47. ubi de impedimento conditionis 5, tribus columnis ante fin. §. Circa prædictam. Iolaper eandem distinctionem admittunt, nimirum, ubi sciente domino matrimonium est contractum, præferendum esse dominum, secus quando ignorante, vel contradicente, Joan. Andr. cap. 1. num. 9. de conjug. serv. ubi Anchbar. num. 7. Præpos. num. 6. vers. In glossa ultima, Richard. 4. d. 36. art. 4. quest. 2. Et ibi Palad. quest. 2. art. 2. num. 14. concl. 4. D. Avon. 3. par. tom. 1. cap. 3. §. 2. notab. 1. Bossella verb. Servus 3. num. 1. Angelus Matrimonium 3. imped. 4. num. 15. Sivo. verb. Servitus, quest. 7. Nov. sum. cap. 22. num. 34. Arboreus leg. 11. Theopompus, cap. 16. dub. 2. Veracru. 1. part. spec. art. 39. concl. 2. junct. concl. 4. Limitant Joan. Andr. Anchbar. Præpos. Rosella, Arboreus, nisi periculum incontinentiæ sit in conjuge; tunc enim ille anteposendus est. Addunt Satus, Emma. Sa Barth. a Ledesma. Lud. Lop. in dubio an cetera sint paria, & utriusque necessitas præponderet, favendum esse matrimonio, præsertim incontinentiæ periculo imminenti, quod jus naturale matrimonii juri gentium servituti præferatur.

14. III. Sent. ait, etiam contradicente domino inito matrimonio, potius more gerendum esse conjugi petenti, nisi dominus gravi necessitate obsequii statim sibi præstandi opprimeretur, ut si ab hostibus necandus invaderetur. Ducitur, quod mora reddendi debiti conjugalibus modica sit: ac proinde æquum fit, ac rationi consonum, ut dominus eam patiantur, quo matrimonio oneribus lassatis. Hujus sententiæ videtur gl. cap. 1. verb. Servitia, de conjug. serv. Et ibi Card. n. 5. quest. penult. Henric. ibi n. 1. Mandalus summa, ubi de matrimonio. tom. De impedimento conditionis, paulo post principium: dicunt enim abique aliqua distinctione prius satisfaciendum esse conjugi. Et tenent in propriis terminis Host. sum. tit. de conjug. serv. num. 4. in. Celsia 4. dist. 36. quest. 1. dub. 2. ex his, quæ movet post 2. argumentum solutionem.

15. Ceterum, quamvis videam communiter DD. distinguere inter matrimonium initum a servo, domino volente, & initum domino ignorante, aut contradicente: nulla tamen ratione mihi persuadere possum, aliquid discriminis inter matrimonium utrovius modo contractum interesse. Quia si res hæc attente perspicuatur, fundamentum, cui discrimen innititur, valde dubium est: nimirum, jus domini in servum antiquius esse iure uxoris in ipsum servum acquisitum per matrimonium. Imo dicendum est, antiquius esse jus uxoris, ac proinde, id ceteris paribus, anteponendum, quod sic explico. Dupliciter jus hoc uxoris considerari potest, uno modo quoad possessionem actu

apprehensam in corpus conjugis ratione matrim. initi, & hoc modo loquendo, non dubium est, quin jus domini antequam sit, conjux enim servituti addictæ serat, cum sui corporis potestatem tradidit per matrimonium. Altero modo quoad suam primævam originem, ex qua principium traxit, viresque assumptæ: & hoc modo jus conjugis in servum antecedit juri domini: quod proficitur ac robur accipiat ex jure naturali primævo, quod habent servi ad potestatem sui corporis tradendam per matrimonium. quod quidem præfertur juri gentium, ac prius illo est, quo aliqui in servitutem redacti sunt, ut ex mente D. Thomæ, & communis diximus n. 3. quod jus per contractum conjugalem transfertur servus in conjugem: eo enim ipso, quod servus jus naturæ habeat antecessum omnem servitutem, transferendi potestatem sui corporis per matrimonium in conjugem, conjux ille, in quem transfertur, acquirat jus illud primævum servi. Sicut si a tempore antiquo domus esset tradita Petro, & successoribus, cum hoc onere, ut possit ex voluntate Pauli, ejusque successorum, quandocumque servitus imponi in favorem tertii: cum post longa tempora successerit quilibet Petri servituti imponeret in Joannem favorem, Joannes ille jus posterius haberet jure Petri, & successorum, si apprehensionem possessionis juris servitutis attendas: prius autem, si originem ejus, ex qua vim accepit, consideremus. Nam innititur conditione & pacto, sub quibus antiquitus tradita est domus Petro, quæ cum suo onere transit in perpetuum in successoribus, cap. Ex literis, de pig. Atque ita Joannes hic, cui de novo jus illud servituti concessum est, potest invito domo domino ea servitute uti: eo quod habeat jus antiquius in sua primæva origine. Ita ergo (ni fallor) contingit in matrimonium. Quando enim jus gentium servos aliquos efficit, & cum eo onere potestatem illorum dominis tradit, ut servaretur illatum jus naturæ servorum, ad id gravem imponendum dominum, ejusque servituti, ut possent servi ipsi remittentibus dominis, potestatem sui corporis per contractum conjugalem in conjugem transferre. Hac igitur potestatem in conjugem translata, jus illud in conjugem transfusum, posterius quidem est jure domini quoad possessionem apprehensionem: prius autem quoad originem & fundamentum. Nam fundatur in jure, quod habebat servus ad illam translationem efficiendam, consurgente ex conditione, qua jure gentium effectus est servus, traditque domino. Poterit ergo conjux eo jure uti invito domino, jusque domini, ubi cetera sunt paria, postponendum erit. Deinde, cum quia servus omnino ius totus sit, intar liberorum, ad matr. contractum celebrandum, neque in hoc pendat a domini voluntate: nil referat an dominus consentiat, an dissentiat. Dicens nil referre ad matr. in eundem: valde tamen ad liberum matrimonium, osum conducere. Sed id non obstat, quia cum ex matr. consurgat jus ad ipsius usum, & inane sit matr. abque eo jure, eo ipso, quod liberum est matrimonium. liber quoque esse debet rationi consonum ipsius. Ex his ergo mihi persuadere attendendas esse circumstantias ad discernendum in eventibus specialibus utri potius teneatur servus satisfacere, domino an conjugi: atque illi potius obsequendum esse, cupis necessitas magis urgeat: ut dicebat 2. sent. n. 13. relata: at ubi cetera sunt paria necurrit necessitate præponderant, potiores esse conjugis partes, ut sibi reddatur debitum postulant, si ve conjugenti sine invito domino matrimonium initum sit: ut ait tertia sent. n. præc. relata. Quod jus conjugis potius & vetustius sit, ut proxime probavi.

Hoc tamen prudenti moderatione, & non metaphisico & exacto rigore accipiendum est, sed morali modo. Jus enim conjugis, si ve volenti domino matrimonium sit contractum, si ve eo invito, non aufert jus servitutis, ac debita obsequia domino præstantia: atque ita non erit in potestate alterius conjugis situm, ea passim, aut plus iusto impendere, crebra debiti petitione. Sicut enim viro liberum est, iure deserta, aliquamdiu abesse pro negotiis expediendis: nec jus uxoris est obstaculo hinc absentie: ita etiam domino licet conjugem servituti sibi subiectum, in necessariis occupare, & cum aliquo proficiatur, secum deferre, ut ei minister: & alio mittere causa alicujus negotii expediendi. Jus enim uxorem hæc ex mariti voluntate faciendâ, minime impeditur: ac proinde nec debet impedire faciendâ ex domini voluntate, cui vir jure servitutis subdit. Non enim minus jus habet dominus in servum, ne ratione matrimonii, etiam suo consensu inito impediat a quotidianis obsequiis, quam habet servus ipse. Cum totum quod servus abique matrimonium. læsione potest, subiciatur domino, & tantum extra illius potestatem sit id, ex quo juri matrimonium. præjudicatur. Præterea, quia lex matrimonii solum obligat ad rationi consonam debiti solutionem: quæ iustis occupationibus minime obstat. Sed obsequia, inde sequi, si uxori sit ancilla, non licere domino, modo expositis eam occupare: ut secum ducentia, relicto viro, quando aliquo tendit ad aliqua peragenda: Quia uxori id non permittitur propria sponte efficere, abique matrimonii præjudicio. Sed negandum est id sequi: atque admittendum id licere domino. Quia non esse licitam uxori professionem licitam viro, non confurgit ex matrimonio lege: conjuges enim ea sunt pares, atque ita utriusque liceret, aut neutri. Sed confurgit ex ratione capitis, quæ est in viro, atque ideo uxori illi subest in gubernatione domestica. Quare cum hoc non sit contra matrimonium, legem, sed solum contra capris rationem, ac domesticam gubernationem, quæ potiori jure competit domino respectu ancillæ, & ea lege vir eam duxerit, ut sub domini pote-

potest ac domestica gubernatione foret, inde est ut idem liceat domino respectu ancillæ.

17. Hactenus de redditione debiti dicta, sunt quoque accipienda de ipsa exactione, si ve enim servus voluntate domini, si ve abique illa inierit matrimonium, & antiquus habet jus ad honestam & moderatam debiti exactionem, quam dominus jure servitutis ad obsequia, quæ huic moderate exactioni impediuntur essent. Quod æque probat, rat. n. 15. adducta. Cum enim vetustius sit jus servi ad matrimonium, in eundem, præferendum quoque est quoad honestam matrimonii usum: ne jus illud vanum & inane sit. At ad matrimonium usum & reddere & petere spectat.

18. Ad argum. n. 12. proposita constat ex dictis n. 15. Is enim rextus solum probat per matrimonium non effici servum sui juris, sed adhuc teneri ad consuetam domino obsequia præstanda. Et n. 15. probavi jus conjugis esse antæterius.

DISPUTATIO XXII.

Utrum integrum sit domino servum conjugatum in partes longinquas vendendum mittere?

SUMMARIUM.

Referuntur varie sententiæ, a n. 1. usque ad 6. Si uxor libera sit, & possit commode virum sequi, potest servus ubique a domino vendari, 7. Quid, si uxor ancilla sit, vir autem liber, 8. Quid, si uterque conjux servituti subdatur, aut si alter solus est liber, non potest commode servum sequi: Et consensu domini est initum matrimonium, 9. Quid, si ex eventu servus male novatus esset, aut dyscolus, aut gravissima necessitate ipsum venditum urgetur dominus, 10. Quid, si ignorante aut contradicente domino initum est matrimonium, an sit mortale, servum conjugatum in partes remotas distrabere, 11. An id peccatum sit contra iustitiam, 12. An ut licet hæc venditio, satis sit non invenire justum pretium in loco matrimonii, 13. An dominus iniuste vendens in loco remoto servum conjugatum, teneatur relevare injuriam, Et qualiter, 14. Utrum liceat hæc venditio, quando servus tradit de matrimonio contrahendo. Remissio, 15. Quid, si uterque conjux servus sit diversorum dominorum, diversæ loca inhabitantium, 16. Satisfit argumentis, 17.

1. V. Ariz sunt in hac disp. Doctorum sententiæ. I. ait servum sine voluntate domini contrahentem posse ubique locorum vendari: quamvis inde usum matrimonium impediatur. Dicitur, quia integrum erat domino ante matrimonium contrahendum, servum ubique locorum vendare: cui juri non potuit servus matrimonio intro præjudicare, nec a domini potestate amplius subtrahi: secus si connivente domino contraxerit. Quia connivens dominus matrimonio, cessit jure suo taliter vendenti, ut usum matrimonii impedimentum præferret. Deinde, quia cum abique domini consensu collocatur servus in matrimonium, transit cum suo onere, nimirum, juris anterioris domini ad illum ubique vendendum. Hujus sententiæ sunt. Cardin. cap. 1. de conjug. serv. sine, Scotus 4. dist. 36. quest. 1. §. Dico ergo, Et ad finem cap. Alma inibi, quest. un. art. 3. Supplement. Gabriel. quest. 1. art. 3. dub. 3. conclus. 3. Et coroll. 1. subdens esse probabile non posse ita vendi. Nicolaus de Obellis ibi quest. un. Guillelm. Borillong. quest. un. art. 2. in 1. probat. secundæ conclus. Et ad finem probatum. Celsia quest. 1. in solut. replicæ contra 1. argum. Ledesma 2. par. 4. quest. 54. art. 4. col. 2. §. Circa materiam tertii argumenti, statim in princ. Palacios 4. dist. 30. disp. un. col. 9. dub. 5. Angles Floribus 1. part. ubi de matrim. quest. 10. de errore conditionis art. 2. conclus. 2. Et 3.

2. II. Sententiæ abique distinctione ait, cogendum esse dominum ne servum taliter vendat, ut reddat matrimonii onera graviora, non suppetente conjugi alteri facultate conjugio utendi. Quia intererit republicæ, ne quis re sua abutatur, §. penult. Insti. De his qui sunt sui vel alien. viri. Atque idem probat leg. Possessionum 1. 1. Cod. communia utriusque iudicii, ibi: Qui servat liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris conjuges legem. Sic D. Thom. 4. d. 36. quest. un. art. 2. ad 4. Et ibi Paludanus quest. 2. art. 1. concl. 3. num. 9. gl. cap. 1. de conjug. serv. verb. Servitus, Et ibi Innoc. n. un. Host. sum. co. tit. num. 5. Mondal. sum. ubi de matrim. to. de impedim. conditionis, paulo post princ. lex. l. 1. n. 5. p. 4. Mostal. l. 2. verb. Apreviari 5. p. 4. Turrec. cap. 2. num. 29. quæ 2. Viguerius l. institutionum c. 16 §. 7. ver. 9. impet. 2. Lud. Lop. l. 1. de contract. c. 5. fin. Addunt D. Tb. Et Turrec. præcipue cum non debet facultas servum ubique vendendi iusto pretio. Et Lud. Lop. expresse limitat hanc sent. quando potest servus in eodem loco iusto pretio vendari.

3. III. Sent. consentit cum præcedenti, quando consentienti domino est initum matrimonium: at quando ignorante, aut invito, dicit non debere dominum in parte remota vendere abique necessitate, ut si inveniar justum pretium in eodem loco: at dicit non esse culpam lethalem sic vendere abique necessitate. Ita sententiæ Eriy. l. 11. de matr. cap. 10. b. a. ver. 6. Thom. Sanchez de Matr. Tom. II.

juris commentis, lit. G. Toledo l. 7. sum. cap. 3. n. 3. prop. 1. in fi. Idem videtur tenere Nav. sum. cap. 22. nu. 34. ait enim, esse honestum ne servus in parte remota vendatur: ac non teneat dominum ad id submotum: saltem quando in vicinis partibus commode vendere non possit: ubi tamquam certum relinquit in hoc casu non esse mortale; & propendit ut etiam extra illum. Idem videtur sentire D. Avonn. 3. p. 1. o. 3. in fi. principi, Henric. c. 1. ad fi. de conjug. serv. Rosella verb. Servus 3. fin. Suppl. sum. Pisanæ verb. Servus 3. n. ponult. dicunt enim non debere vendi in partibus remotis, si iustus emptor in loco matrimonii reperitur. Et videtur tenere Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium ubi de impedimentis dirimentibus n. 1. vers. Dominus consentiens, ubi ait posse tunc vendere in partibus remotis, si compellatur ad id causa aliqua.

IV. Sent. ait, quando dominus matrimonio consentit, esse illicitum venditionem in partibus remotis, at si ignorante, considerandum esse, an abique suo præjudicio possit in eodem loco vendere, & tunc ad id obligari. Ita D. Bonav. 4. d. 36. in expos. sit. n. 6. ubi Richard. art. 4. quæ 2. Ovan. ibi, disp. un. sine, Anglus Matrimonium 3. imped. 4. num. 15. Slossi. verb. Servitus 4. 7. Petr. de Ledesma de matrim. q. 52. art. 2. dub. 1. quod movet post solutionem ad 5. & explicat esse culpam mortalem, oppositum facere. Id autem præjudicium non adesse explicat Angelus ibi, quando æque utiliter possit dominus servum vendere, ubi non impediretur usum conjugalis. Addunt etiam Sivo. Et Ang. idem esse dicendum, quando servi sunt diversorum dominorum. Et quidem id peccatum vendendi in parte remota, ubi potest dominus in eodem loco vendere, esse contra iustitiam, sentit manifeste D. Bonav. ibi, ait enim, manifestam injuriam irrogari conjugi, & Ricard. ait enim carere dominum jure taliter vendendi servum, & Slossi. quia dicit, servum ita venditum lædi iniuste. Et tenet in propriis terminis Petr. de Ledesma. Imo & dicit esse probabile; non posse quoque ita vendere, quamvis necessitas adit, quamvis sit etiam oppositum probabile. Licet Ovan. dist. proxime citatus dicat locum esse contra charitatem.

V. Sent. ait absolute, & nulla distinctione facta, quando uterque conjux servituti subdatur, si ve eidem, si ve diversis dominis, nequaquam permittitur esse, aut alterius aut utriusque venditionem in partibus ita distantibus, ut nequeat matrimonium usui vacare: quod si uxor libera sit, posse servum ubique vendi. Quippe tunc non læditur matr. Quia uxor libera teneret virum sequi, & sibi impedit, scienter licet mancipio nuptisæ (si enim ignoranter, non erit matr.) Ita Host. cap. 1. sine, de conjug. serv. Et ibi Jo. Andr. fi. Abi. fi. Anchbar. p. Alex. de Nevo num. 11. Præpos. num. 6. §. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 1. q. 8. n. 9.

Ultima sent. ait, quando consentia domini est contractum matrimonium, neas esse domino, in longinquam regionem servum vendendum mittere, quando vero abique licentia, adiacere prohibendam esse talem venditionem, præcipue cum non delit facultas servum in propria patria vendendi, nisi dominus bona fide compulsus id faceret, ut si profectus dominus alique servum duceret, & illic egesset prestus cum venderet. Et tunc si maritus commode possit transferre uxorem, teneri illam obedire: secus si non possit commode: at nullam esse injuriam, quod sciens nupter servus. Ita docent Satus 4. d. 35. quæ un. a. 1. in solut. ad 2. Barth. a Ledesma de matrim. dub. 31. concl. 4. Lud. Lop. 2. p. infru. ubi de matrimonio cop. 47. concl. antepen. Addunt Satus. Et Lud. Lop. forsitan advertari justitiam venditionem in partibus remotis extra dictæ necessitatis casum.

Ex his omnibus apparet, quam consuse & abique distinctione loquantur DD. in re tam gravi, & passim occurrenti, ut vix liquido certare possit, quid hæc in re sentendum sit. Et ideo qua potuero claritate & distinctione, paucis meam sent. exponam.

I. Conclusio. Si uxor libera sit, si ve a tempore matrimonii, si ve ex post facto libertatem consecuta, & commode possit sequi virum, potest servus ubique a domino vendari, quamvis consentiente domino matrimonio. Initium fit matrimonium, in quod vel dominus consentit, confurgit ex matrimonium vinculo, in quod vel dominus consentit, vel eo invito est libera, minime impeditur, quod teneatur virum sequi ex propria voluntate, necdum esse causa necessaria venditionis factæ a domino, domicilium mutare. Quod si cum possit commode sequi, & subinde ad id teneatur, nolit, sibi acriter culpæ, & non domino, qui minime impedit matrimonium. Et consil. quia vir ipse si manumitteretur a domino, possit ubiqueque domicilium constituere, abique uxoris potestus cum sequi iustitia. Cur igitur non dominus eodem jure uteretur? Cum tantum teneatur minime obstat ului matrimonio, & sit minori obligatione, quam vir. Præterea, quia si erat libera tempore matrimonii, & scienter servo nuptisæ, sibi imputare debet: animadvertendum enim ei erat, posse servum alio vendendum mitti: nec hoc jus ex consensu domini in matrimonium amittitur. Cum is consensus solum eum attingat ad non impediendum matrimonium usum. Quod si tunc erit ancilla, obfervare debebat, posse aliquando se mancipi, & ita cogi vendendum servum comitari. Tandem, quia nullum omni imponitur uxori, cum ipsa ex natura rei teneatur virum comitari.

II. Conclusio. Idem sentio, quando uxor esset ancilla, potest enim

enim ubique, vendi viro exilenti libero, five tempore matrim. talis fuerit, five post maonimus, si comode possit ancillam venditam alibi sequi: quamvis conscientie domino eam duxerit, quod adhuc non impeditur matrimonii usus; cum liber possit, & subinde tenetur, sequi uxorem ex causa necessaria proficentem ( ut probavi l. disp. 41. n. 14. ) qualis est hic. Nec dominus in ancilla matr. conscientie obligavit se ad eam minime in partes remotas distrahendam, calu quo vir possit eam comode sequi: ac proinde non impediretur matrimonium. Quod si dicas gravari virum, cum ex natura rei non teneretur uxorem sequi, sed e contra. Dic e se periculo expoluisse ancillam ducendo. Evantum enim futurum libertatis sue, si erat servus, considerari debebat, manente libertate alio migrantem nimirum, quia venditura domino. necessaria alio migrantem sequi uxorem ex causa

10 III. Conclusio. Quando uterque conjux servitus subiectus est, vel si alter liber sit, non potest comode alterum se-qui, ac proinde ab ea obligatione immunus est: si consensu domini matrim. initiat sit, tenetur dominus lege justitiae non ita distrahere servum, quin matrimonio uti possit. Quia quamvis dicatur sui superesse domino ubiqueque servum vendendi, non obstanti matrimonio: ad illo cessat, dum matrimonio convitit. Concedens enim principale, concedit subinde accessorium, c. Prudentiam, de offic. deleg. Hanc conclusionem admittunt omnes sententiae relaxaverunt.

11 Hanc tamen temperare, nisi servus male moratus esset, ac inique animo ac vita constitutus, itaque nequeat a domino abique periculo proprio aut rerum suarum sustineri: nec in proprio oppido, aut paribus vicinis invenitur emptor: post se enim tunc in partibus remotis distrahatur, quod bene docet Palacios. 4. d. 30. disp. un. dub. 5. col. 10. vers. Judicarium. Et ratio est. Quia consensus domini & jus servi non extendenda sunt ad eum casum, in quo delicta servi, & necessitas domini sibi consulendi, cogunt ad venditionem extra locum, in quo manet alter conjux. Potius enim id culpae servi tribui debet, quam domino. Et constat, quia sicut iudex possit in delicti penam, servum in irremotes coercere; non obstanti matrim. jure: ita domino integrum erit, quamvis non ea patione judicaria, domestica tamen ac dominis permissa uti: qualis est servum alio vendendum mittere. Quia sicut iudicibus prior panis permittitur, ita dominis posterior. Quare neutrius matrim. obitaculo esse debet, concurrente praedicta necessitate in domino. Quod addo, quia caelestia non licet domino: unde non est in omnibus simile de iudice. Idem existimo, quoties gravissima necessitas urgetur dominam ad vendendum servum, & nullo modo possit invenire emptorem in eodem oppido: nisi facta valde notabili pretii iactura. Quia consensus domini, & jus servi ad hunc extraordinarium eventum & inopinatum non extenduntur. Sicut enim possit servus ipse, si sui juris esset, relicta uxore ancilla alio migrare, quando alter gravi sua necessitate consulere nequit: ita dominus qui minus tenetur uxori, quam vir ipse, eodem jure uti poterit, ubi sibi propria necessitate urgetur. Credo tamen eventus hoc rarissime accidere posse.

12 IV. Conclusio. Quamvis in casu praecedentis conclusionis, sit initium matrim. ignorante aut contradicente domino, tenetur dominus sub culpa mortali servum non distrahare in partes remotas ubi non est facultas utendi matrimonio: & non compellitur urgenti necessitate, eo quod pretium iustum invenire potest in eodem loco. Hanc concl. tenent DD. relati n. 4. pro 4. sent. & relati n. 2. sent. & relati n. 6. pro 6. sent. & n. 5. pro 5. sent. Et quamvis pauci explicant id peccatum esse mortale: ad manifeste illi omnes sentunt, qui illicum hoc esse opinantur: & nescio quare potuerunt dicere aliqui Auctores relati n. 2. esse illicum, & non mortale. Cum res gravissima sit, illicite impedire in perpetuum matrimonii usum, ac proinde longe excedat culpam venialis materiam. Et clarior id sentiunt opinantes hoc peccatum esse contra iustitiam: quos n. 4. retuli. Et ita certam existimo hanc concl. ut contrarium nec probabilem reputem. Quod saltem lex charitatis confringat dominum, nisi simili venditione utatur, in gravissimum salutis spiritualis utriusque conjugis detrimentum, abique propria necessitate praeponderanti.

13 V. Conclusio. Multo probabilis est, & mihi iere certum id peccatum esse contra iustitiam. Atque ita tenent DD. n. 4. allegati, & Sotus ad Lud. Lop. num. 6. relati, dicunt forte ita esse. Et expresse id etiam sentire videtur Veraeraz 1. p. spec. art. 30. concl. 3. ubi ait non habere jus ad hanc venditionem dominum, contra cuius consentum servus copulatus est matrimonio: sicut nec habuit jus ad impediendum matrim. Et ratio est aperta. Quoniam eo ipso quod servi habent jus inveniendi dominum matrim. contrahendi, habent subinde illo utendi: alias frustraneum esset jus illud. Ergo sicut dominus injuriam irrogat, ac iniustitiae reus est, si servorum matrimonium impedit: ita si ejus usum. Et confirmatur quia ( ut probavi disp. praeced. nu. 15. ) jus conjugum potius ac verius est iure dominum. Non ergo integrum erit domino abique iniustitia, uti vendendi jure, nisi manente illarum jure priori servi conjugati.

14 VI. Conclusio. Ut venditio haec a lahe iniustitiae eximatur, non satis est minime invenire in eo oppido emptorem iustum servi pretium offerentem: sed desideratur adeste necessitatem quae juri servi praeponderet, & damno ex ea venditione se-

cuto: nimirum, quia magna necessitas urget dominum, ut servum distrahatur, & notabilis est diminutio pretii. Quia si charitatis legem attendas, magni momenti est periculum spirituale, incontinentia utriusque conjugis, cui non quantamque necessitatem, & pretii diminutionem praefert, est rationi consentaneum. Quod si jus justitiae servi ad ultimum matrimonii potius & anterius ( quod adeste probavimus disp. praeced. num. 15. ) spectes, manifestus relinquetur desiderari rationem illi praeponderantem, ut iniustitia cesset. Et ita intelligo DD. num. 4. relatos, qui dicunt non licere abique iniustitia hanc venditionem, ubi sine gravi praedictio domini possit fieri in eodem loco.

Ex dictis inferitur, in eventibus, in quibus diximus venditionem hanc servi extra locum matrimonii esse adversus iustitiam, teneri dominum lege justitiae eam injuriam conjugibus rescire, aut emendo conjugem derelictum, ut transferat in locum ubi alter conjux est, aut servum venditum iterum emendo, ut in priorem matrimonium usum restituar: nec remissio alterutrius sufficeret, nisi uterque jure suo cederet, utriusque enim esset injuria. Constat, quia jus justitiae obligat injuriam ita reparari, ut res ad pristinum statum reducat, quem ipsa justitiae lex exigebat.

Utrum autem possit dominus servum, de matrimonio in 16 eundo tractantem, alio distrahere? dixi disp. praeced. num. 8. & seq.

Ultima Conclusio. Si uterque conjux servus sit diversis 17 domini, & diversa loca inhabitantis, ita ut mutuo convenire nequeant, obsequiis dominorum satisfaciendo, tunc ut vitetur fornicationis periculum, cogendus est alter dominus per Ecclesiam, vendere alteri volenti emere. Sicut quando servo communi multorum dominorum, quidam ex illis concedit libertatem, coguntur alii partes suas vendere, ut servus ille liber fiat, leg. 1. Cod. de commun. servo manifest. Nam favorabilis est matrimonium, quam libertas. Quod si neuter dominus emere velit, cogendus erit alter vendere cuicumque extraneo in parte illa, in qua alter servus est: & si nullus invenitur emptor, emat Ecclesia, argumento ex cap. Fratervitium, disp. 54. Ita docent glof. cap. fin. verb. Habent 29. quest. 2. Goffred. sum. tom. de conjugio servo. num. 3. Alesij. 2. part. sum. leg. 8. tom. 15. art. 2. quest. 5. & 6. Henricus cap. 1. in de conjug. servo. Rojella verb. Servus 3. num. 2. Suppl. Pisan. sum. verb. Sermas 3. nu. 3. Hugo, quem refert & sequitur Turres. cap. fin. nu. 4. 29. qu. 2. Et id decidit Lex regia 2. tom. 5. part. 4. quae subdit dari electionem iudici, ut quem maluerit ex dominis, cogat alteri vendere, ibi: Debe apreniar a signe dellos, aliquid scribere per mas guisado. Imo sicut cogit Ecclesia alterum dominum ut vendat, ita potest cogere aliquem, ut emat in loco ubi alter servus est, ut bene docet Hugo & Turres. proxime citati.

Ad argum. nu. 1. proposita, concedendum est dominum 18 ante matrimonium contractum potuisse servum ubiqueque venditare: negandum tamen est, non potuisse servum huic juri per matrimonium praedictare. Quia cum jus servi ad matrim. inveniendum sit potius & anterius jure domini, potuit quidem iniens matrimonium praedictare domino, obligans ipsum ne taliter distrahatur, ut inane reddatur illud justitiae, impedito usu matrimonii. Hinc etiam manet solutum 2. argumentum. Supponit enim jus domini ad ubique vendendum, servum esse prius jure conjugis. Quod non omnino veritatem innititur, ut late explicuimus, & probavimus, disput. praeced. num. 15.

DISPUTATIO XXIII.

An servitus matrimonio supervenire possit, alterutro conjugis se in mancipium venundante?

SUMMARIUM.

- Resortur quaedam sententia, num. 1.
- Potest vir se vendere abique debiti conjugali praedictio, 2.
- An sit mortale, si abique iusta causa se vendat, 3.
- An sit id in matrimonio fraudem officiat, sit contra iustitiam, 4.
- An praebet iustam divortii causam, vel sit captivus ducatur, 5.
- An possit tunc vir vendi a domino, & uxor tenetur sequi, 6.
- Num uxor consentiens venditioni, redigatur in servitutem, ac sibi praedictio, 7.
- An in regno Hispania integrum sit viro se vendundare, teneaturque uxor, venditionem retractans, pretium reddere, 8.
- An uxor possit se vendere, 9.
- An ea venditio sit contra iustitiam, 10.
- Satisfic argumentis, 11.

Et quidem videtur non integrum esse viro se vendundare, ex c. penult. 29. quest. 2. quod est ex Concilio Tribur. ubi de marito qui ingenuum duxerat, & filius procreatus, occasione divortii celebrandi servituti se subiecit, quaeritur quid juris? Et sic dicitur: *Judicatum est uxorem minime debere dimitti.* Ubi Turres. art. 3. n. 4. ait nihil ad rem esse, filios procreatos esse: quia idem esset iis non existentibus. 2. ex L. reg. fin. 10. 5. p. 4. ibi: *Si per adventum el marido se tornasse servo a sabiendas, por avirrazon de se partir do sumnger, non de-*

non deve valer, nisi departira el casamiento, antes lo puede la muger demandar, e sacarle aun de la servidumbre, si quisier. E esto es porque ha derecho en el, e porque nace ende muy gran deshonra a ella, e a sus hijos, si los oviere. 3. quia praedictio debito conjugali, ac venditione facta. Et votum in ejus praedictio emissum non valet, ne dum venditio, Tandem, quia uxor invito viro se vendere nequit. Cum iugiter in causa matrimonii ad paria judicatur, id quoque non erit integrum viro. Et ideo hanc partem sustinent gl. c. pen. verb. Divortii, 29. q. 2. Angles foribus 1. p. ubi de matr. q. 10. de verbor. conditionis, 1. 3. concl. 1. Palac. 4. disp. 30. disp. ur. col. 14. vers. Quod si etiam, licet postea se explicet, dicens id evenire, quando venditio in debiti conjugalis praedictio vergeret.

2. Verum dicendum est, integrum esse viro se vendundare, renitente uxore. Quia vir subditur uxori in suis follis, quae ad debiti redditionem pertinent, atque in ceteris est sui juris. Ad venditio haec non vergit in praedictio debiti conjugalis, esto vir in ejus fraudem se vendundare: teneatur enim uxori ad omnia quae lex matrimonii petit, a quibus retrahi nequit domini praepcepto. Et ita docet D. Th. 3. d. 36. q. un. q. 3. corp. & ad 1. & ibi D. Bon in exposit. lit. nu. 5. Richard. a. 5. q. 1. corp. Palac. 4. a. 5. concl. 2. n. 18. Supplem. Gabr. q. 1. a. 3. dub. 4. concl. 2. Duran. q. 1. n. 4. Hugo c. penult. 29. q. 2. & ibi Archid. n. un. Bellamira ibi n. un. Turres. ibi, a. 1. n. 1. & 2. in solut. ad 1. Preposit. c. 1. n. ult. de conjug. servo. Henric. c. fin. n. un. doct. Joan. Eriburg. sum. confess. 1. 4. tit. 4. q. 13. Alesij sum. 2. p. 18. r. 15. a. 3. q. 1. Angles matr. 3. impadim. 4. f. Supplementum summa Pisona verb. Servus 3. n. ult. Silvest. Matrim. 8. q. 2. fin. Armil. verb. Matrim. n. 6. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 1. q. 9. n. 10. D. Anton. 3. p. 1. c. 3. §. 1. §. 4. d. 35. qu. un. 3. concl. un. Celaja 4. d. 36. q. 1. dub. 1. in fi. ex iis quae ponit post 2. arg. solut. Enriquez lib. 1. do matr. c. 10. n. 5. Petr. de Ledesma, de matr. qu. 52. art. 3. concl. un. Vivald. candol. Socran. 1. p. de matr. num. 121.

3. Non tamen vacabit culpa lethali ea venditio abique iusta causa facta, quod in dedecus grave uxoris & familiae, ac injuriam redunder, nulla iusta causa praeponderanti. Sic Petr. de Ledesma, de matr. qu. 52. art. 3. in solut. ad ult.

4. Sed rogabis, num id peccatum fit contra justitiam? Quod affirmat Petr. de Ledesma, n. prec. alleg. At verius est non esse contra iustitiam, licet vir faciat in fraudem, quod jure suo utatur, nec in uxoris detrimentum cedat quoad debitum conjugale, ut docuit D. Th. 4. d. 36. q. un. art. 3. ad 1. At in ceteris vir non est uxori subiectus. Ita docet Sotus 4. d. 35. q. un. a. 3. ad 1. Praebet autem iustam divortii petendi causam, si vir in uxorem fraudem se vendundare. Sic Henric. l. 1. de matr. c. 10. n. 5. Petr. de Ledesma, de matr. q. 52. art. 3. in coroll. quod inferit ex conclusione unica. Et dicit Henric. id colligi ex c. Porro, de divortio, quod nihil ad rem facit. Et ideo ab hac tenet. recedo. Quia solum praebet iustam divortii causam aduterim corporale vel spirituale, ut timor damni notabilis oblativiam aut morbum contagiosum alterius conjugis: aut si ad peccatum trahere nitatur, ut dicemus toto lib. 10. ubi de divortio est habendus sermo. At nil horum in hoc venient reperitur. Imo vir utitur jure suo abique detrimento debiti uxori, ut dixi n. praed. Id tamen placet, quod affirmat Petr. de Ledesma, ibi nimirum, altero conjugis in captivitate ducto, non teneri derelictum liberari: sed nisi totis detrimentum non tenetur illum sequi.

6. Imo credo, integrum esse domino, virum, qui se venundavit, alio vendendum mittere, si uxor possit comode eum sequi. Quia per venditionem transfuit maritus in dominum sui omnia, quod ipse habebat libertatis suae, & tantum id reservatum est, quod matrimonium ledere poterat. At vir sine matrimonii lesione poterat domicilium mutare, ut vir petente cum comode sequi. Eodem igitur jure utatur dominus.

7. Nec uxor venditioni mariti consentiens redigitur ob id in servitutem: sed solum praedictio debiti quoad debitum conjugale, cui praefertur obsequium domini eodem tempore petendum, nisi fornicationis periculum tunc imminet uxori, ut bene ait Alesij statim allegandus. Et ideo uxorem non fieri tunc ancillam, docent gl. c. pen. verb. Secundum saecularum, 29. q. 2. & ibi Turres. 4. 3. n. 4. Palac. 4. d. 36. q. 1. a. 3. concl. 4. n. 20. Et ibi Supplementum Gabrielis 4. 3. dub. 4. ad fi. Alesij sum. 2. p. 18. r. 15. a. 3. q. 2. Henr. & D. Antonin. 2. alleg. Sotus 4. d. 35. q. un. a. 3. ad 1.

8. Quamvis autem dicta circa viri venditionem, sint vera attentio jure communi: at in hoc Hispaniae regno est servanda l. reg. 1. 5. p. 4. cuius verba retuli n. 1. in 2. argumento, quae expresse decidit eam venditionem minime valere, & posse ab uxore rescindi. Et quamvis loquatur in eventu, in quo vir de facta opera vendit in fraudem matrimonii. At Greg. Lop. ibi, vers. Abiendas, dicit supplendum esse, maxime: idem enim ait dicendum, licet non fiat venditio ea intentione. Cum eadem ratio praedictio uxoris, dedecori ipsius, & filiorum habeat locum in hoc casu. Et verb. Sacarile, ait idem Greg. Lop. posse venditionem retractari, juxta illius legis decisionem, quamvis ea non impediatur unum conjugum. Quia ratio dicta dedecoris, quam assignat illa lex, procedit in hoc casu. Et subdit uxorem retractantem hanc venditionem non fore solvere pretium: ut alias decisum est in patrono, l. 2. ff. si liber esse dicit. quia retractat ob suum praedictio: nec vir potuit se subiecit servituti: & quia lex illa indistincte loquitur.

9. Si vero de uxore fermo fiat, manifestum est minime posse se ipsam servituti mancipare ac vendere, abique viri consensu. Thom. Sanchez de Matrim. Tom. II.

Quia ultra obligationem reddendi debiti conjugalis, in qua conjuges sunt pares, subditur viro tanquam capiti, in reliquis, quae ad regimen domus & familiae attinent. Cum autem haec subiectio non invenitur in viro, inde est, ut non sit idem in viro, sed possit uxorem renitenti se vendere, attento jure communi, ut n. 2. probavimus. Atque ita docet D. Th. 4. d. 36. q. un. a. 3. ad 3. & ibi Durand. q. 1. n. 4. Richard. q. 1. a. 3. q. 1. ad 2. Palac. q. 1. a. 3. concl. 1. n. 17. Supplem. Gabr. q. 1. a. 3. dub. 4. concl. 1. Turres. c. penult. 29. q. 2. a. 2. n. 3. Preposit. Henric. Joann. de Eriburgo, D. Anton. Supplementum sum. Pisona, Tabiena, Armil. Celaja, Henric. n. 2. allegati, Alesij sum. 2. p. 18. r. 15. a. 4. q. 3. Sotus 4. d. 35. q. un. a. 3. ad 2. Greg. Lop. l. si verb. Sacarile 5. p. 4. Palacios 4. d. 30. disp. un. col. 14. vers. Quod si etiam. Petr. de Ledesma de matr. q. 25. a. 3. in 1. arg. Quare audiendi non sunt Hugo 26. q. 2. c. penult. archid. ibi n. unie. Bellamira ibi n. unie. dicentes posse uxorem se invito viro vendundare.

Talis autem venditio uxoris abique consensu viri facta, 10 esto contra iustitiam, quod bene docet Petr. de Ledesma de matr. q. 52. a. 3. ad 2. quod fit contra rationem capitis, quae ex natura matrimonii oritur in viro.

Ad argum. nu. 1. proposita resp. ad 1. dic. emm textum 11 solum probare, ob talem venditionem non praedictio uxori: ut sit dimittenda, eive negandum debitum. Ad 2. constat ex dictis, num. 8. Cui constat ex dictis, num. 2. Ad 4. constat ex dictis num. 9.

DISPUTATIO XXIV.

Utrum parentis conditionem filii sequatur, quoad servitutem & honores?

SUMMARIUM.

- Filius sequitur conditionem patris, quoad honores & nobilitatem, n. 1. & ibi, an id verum sit de naturali? An status quoque consuetudine induci possit, ut sequatur in hoc conditionem matris? 2.
- An habitus ex nobilitate ancilla, si postea manumittatur, nobilitas sit? Proponitur suadentia cum non esse nobilem, 3. Sententia Auctoris, 4.
- Quoad servitutem, filii sequuntur conditionem matris, 5. Habitus ab aliquo ex propria ancilla, est servus patris, 6.
- An filii legitimi sequantur matris servitutem? 7.
- Quid, si ex legitimo matris, sine concepti? Est explicatur cap. finale 3. q. 4. n. 8.
- An valeat conceptus, ut filius patris, aut utriusque parentis servitutem sequatur? 9.
- An sufficiat momentaneus temporis matrem fuisse liberam, dum factus erat in utero, ut liber sit? 10.
- An hoc intelligatur, quando est sui natalium, & status matris, filius liber est servus matris? 11.
- Explicatur l. finalis, c. de servis fugitivis n. 12. Enodatur l. 2. c. de liberis, n. 13.
- An matre gravida capta in bello iusto, filius sit servus? 14.
- An si mater sua ancilla, quod a se vel a patre sit vendit, factus postea conceptus sit liber? 15.
- Quid, si tempore venditionis esset gravida: & an liceat matri vendere filium, & avo nepotem? Est explicatur l. 2. c. de patribus, qui filios duxerunt, n. 16.
- Quid, si ancilla communis plurium, ab aliquo manumittatur; an factus sit liber: & quid operetur illa manumissio? Est explicatur l. 1. c. communis servo manum. & l. 2. r. 22. p. 4. num. 7.
- Quid, si ancilla, cui data est libertas ad certum tempus, vel sub conditione aut modo, interim pariat, an factus sit liber? 18.
- Quid, si ancilla, cui data est libertas sub conditione, si tres filios pariat, tertio partu duos aut tres filios edat, 19.
- Quid, si libertas sit pro solo certo tempore concessa, 20.
- An domino promittente ancilla, fore ut certo ab hinc tempore illam manumittat, & non manumittente, sit eo transactio factus liber. Affertur textus probans promissionem domini factam servo, vel contra, esse nullius momenti, 21.
- Proponitur sent. Auctoris, & qualiter valeat talis promissio, & explicatur, reg. in personam ff. de regulis juris, l. Insuperstitis, fore, Cod. de transact. leg. 6. tom. 11. part. 5. num. 22.

Prima Conclusio sit. Quoad honores & nobilitatem filii 1 sequitur conditionem patris, & habetur expresse leg. Cum legitime, ff. de statu hominum, leg. reg. 3. tom. 21. par. 2. l. 1. r. 11. part. 7. Cujus rationem reddit D. Thom. 4. d. 36. quest. un. art. 4. corp. quod partus esse recipiat a patre, tanquam a causa efficiens ac nobilitati principii suae substantiae: atque ita quae pertinent ad esse, ut honor & dignitas, sequantur patrem; unde qui ex patre fidalgus est, & matre plebeja, est fidalgus, ut d. l. 3. r. 21. p. 2. licet revera nobilis non sit, ut ibi habetur. Vere enim nobilis est, qui ex utroque parente nobili descendit, ut bene Orolara de nobilit. 2. p. cap. 2. num. 4. Et seqq. quod etiam ad filium naturale extenditur, gaudet enim patris nobilitate. Quamvis enim jure communi inspecto aliud sit, ut bene

